

2850.

1331 d. 23 Maj.

JOHAN INGEMARSSON, uppgifver huru han och Ärkebiskop Olof delat nedanskrifna lägenheter, dem de gemensamt äga, sålunda, att Ärkebiskopen skall hafva, för sig och sina efterkommande, fisket i Ragunda med en fjerdedel i byn Fors derstädes, han deremot godsens i Wäristad och Dingelsö med Dumbæ fiske; hvaremot deras andelar i Sukubyskie och Lule åar och fisken skola blifva oförändrade.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch. \*)

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris, JOHANNES I[NGI]MARSSON salutem in domino sempiternam Constare volo per presentes quod possessiones infrascriptas quas venerabilis pater, Dominus olaws diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis, et ego insimul possidemus, videlicet wäristadhæ dingilsø cum piscatura dicta dumbæ, ac torrente nostro communi in rawndum, cum quarta parte ville fors ibidem situate, inter nos ipse et ego, taliter duximus diuidendas, quod ipse dominus archiepiscopus habere debeat pro se, et curam ab eo in posterum habituris piscaturam in rawndi, cum quarta parte ville fors superius nominate, Ego vero habere debeam pro me meisque heredibus predia in wärisstadhum et dingilsø, cum piscatura dumbæ predictis, tali inter nos super premissis prehabita sponsione, quod si aliqua de eisdem a quoquam inpeti contigerit vel euinci, mutuo nobis de euiccione cauere debeamus lapsu temporis non obstante, Piscaturas autem in ampnibus sukubyskin et lulu, in quorum primo quilibet nostrum medietatem, in altera vero, quilibet nostrum terciam partem possidere dinoscitur, habere debemus sicut hactenus fuerat consuetum, Datum anno domini, M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup>, XXX<sup>o</sup>, primo feria quinta pentecostes.

*På fränsidan:* Littera permutacionis prediorum facta inter dominum Olaum archiepiscopum et iohannem ingimarsson, *och med senare hand:* quarta pars ville forss cum piscatura in Rawndum cedit archiepiscopo.

Sigillet borta jemte den ur brevet klippta remsan.

2851.

1331 d. 27 Maj.

MAGNUS BENGTSOON bortbyter 12 örtugland i Eglesta och  $\frac{1}{2}$  örtugland i Logesjö i Edsbergs socken till Abbedissan Rangfrid i Riseberga, mot 12 örtugland i Ölandesund i Askersunds socken.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus. MAGNUS BÆNDICTÆSSON salutem in domino sempiternam. Tenorepresencium nouerint vniuersi, me cum nobili domina, domina ragnfride abbatissa in risæbærgh, quoddam prediorum cambium fecisse per hunc modum, videlicet quod sibi .XII. solidos terre in villa æglæstum parochia ezsbærgh, et dimidium solidum terre in villa loghæσιο

\*) En bit i öfra kanten af brevet är af fugt bortfrätt.